

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Amygdalarum dulcium, pelliculâ demptâ ꝑ.
unciam unam,

Gummi Arabici ꝑ. unciam dimidiam,

Sacchari purissimi ꝑ. drachmas sex,

Aquæ hordeatæ M. libras duas.

SOLVE gummi in aquâ hordeatâ calida; et
cum aquâ penitus refrixerit, amygdalis cum sac-
charo contusis gradatim affunde, simul terens,
ut lactescat; deinde liquorem cola.

LAC AMMONIACI.

℞. Gummi ammoniaci ꝑ. drachmas duas,
Aquæ pulegii simplicis M. libram dimidiam.

TERE gummi in mortario cum aquâ, donec
solvatur.

SPIRITUS VINOSUS

camphoratus.

℞. Camphoræ ꝑ. uncias duas,

Spiritus vini rectificati M. libras duas,

MISCERE, ut camphora solvatur.

S Y R U P I.

UBI pondus sacchari non præscribitur, in-
telligendum est, in singulas liquoris mensuras
librales pondus sacchari esse debere uncias vi-
ginti novem, Saccharum sit purissimum, in
pulverem redactum; et balnei calore liquetur,
nisi aliter præscriptum sit; syrupus vero confe-

F

ctus

Etus in posterum diem seponendus est, quando crusta saccharina, si quæ supernatet, auferri debet.

SYRUPUS ex ALLIO.

- ℞. Allii concisi ꝑ. libram unam,
Aquæ bullientis M. libras duas.

MACERA in vase clauso per horas duodecim, et in liquore colato dissolve saccharum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS ex ALTHÆA.

- ℞. Radicum recentium althææ ꝑ. libram unam,
Sacchari purissimi ꝑ. libras quatuor,
Aquæ congiū unum.

COQUE aquam cum radicibus ad dimidium; postquam penitus frigefacta est, effunde et exprime; liquor seponatur per noctem, ut fæces subsidant; mane defæcatum liquorem effunde, et, addito saccharo, ad sex librarum pondus coque.

SYRUPUS e CORTICIBUS
AURANTIORUM.

- ℞. Flavedinis corticum aurantium Hispalensium recentis ꝑ. uncias octo,
Aquæ bullientis M. libras quinque.

MACERA per noctem in vase clauso, manè in liquore colato dissolve saccharum purissimum in pulverem redactum, ut fiat syrupus

SYRUPUS BALSAMICUS.

- ℞. Balsami Tolutani ꝑ. uncias octo,

Aquæ

Aquæ M. libras tres.

COQUE per duas vel tres horas in vase circulatorio, vel saltem in matraccio longi colli, orificio leviter tecto; liquori, postquam refrigerit, colato admisce saccharum purissimum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS CARYOPHYLLORUM
rubrorum.

℞. Caryophyllorum rubrorum recentium, præcisifis unguibus, ꝑ. libras tres,
Aquæ bullientis M. libras quinque.

MACERENTUR per noctem in vase vitreo, vel terreo vitreato; & in liquore colato dissolve saccharum purissimum, ut fiat syrupus.

EODEM modo conficitur syrupus e floribus Paralysis.

SYRUPUS CROCI.

℞. Vini crocci M. libram unam,
Sacchari purissimi ꝑ. uncias viginti quinque.

SOLVENDO saccharum fiat syrupus.

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞. Succu eydoniorum defæcati M. libras tres,
Cinnamomi ꝑ. drachmam unam,
Caryophyllorum aromaticorum,
Zingiberis, singulorum ꝑ. drachmam dimidiam,
Vini rubri M. libram unam,
Sacchari purissimi ꝑ. libras novem.

SUCCUS cum aromatibus cinerum calore
F 2 per

per sex horas digeratur; deinde vinum adju-
ciens cola; liquori colato adde saccharum, ut
fiat syrupus.

SYRUPUS e SUCCO LIMONUM.

℞. Succum limonum, postquam fæces subsederint,
colati ℞. libras duas,

Sacchari purissimi ℞. uncias quinquaginta.

SOLVATUR saccharum, ut fiat syrupus.

SIMILITER conficiuntur syrupi e succis
Mororum, & Fructus rubi Idæi.

SYRUPUS e MECONIO,

five

DIACODION.

℞. Capitum papaveris albi siccatorum, semini-
bus exemptis, ℞. libras tres cum dimidiâ,
Aquæ congios sex.

CAPITA concide, et in aqua coque, subin-
de peragrans, ne urantur, donec tertia circi-
ter pars liquoris remaneat, quæ tota ferè a
capitibus imbibetur; deinde remove ab igne, et
fortiter exprime; postea coquendo redige ad
quatuor circiter librarum mensuram, et, dum
adhuc fervet, cola, primùm per cribrum, dein-
de per pannum laneum tenue, et sepone per
noctem, ut fæces subsidant: manè putum li-
quorem effusum coque cum pondere sacchari
purissimi librarum sex, donec pondus totius sit
librarum novem, vel paulò plus, ut fiat syru-
pus idoneæ spissitudinis.

SYRU-

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI

℞. Florum papaveris erratici recentium ꝑ. libras quatuor,

Aquæ bullientis M. libras quatuor cum semisse.

AQUA floribus affusa imponatur super ignem, et flores sæpe moveantur, donec penitus madefiant; et cum primùm in aquam sint demersi, seponantur per noctem ad macerandum; posttridie, effuso et expresso liquore, sepone per aliam noctem, ut fæces subsidant; deinde saccharo purissimo fiat syrupus.

SYRUPUS PECTORALIS.

℞. Foliorum trichomanis siccatorum ꝑ. uncias quinque,

Glycyrrhizæ ꝑ. uncias quatuor,

Aquæ bullientis M. uncias quinque.

MACERA per aliquot horas, et in liquore colato dissolye saccharum purissimum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS.

℞. Liquorem ex rosarum Damascenarum ꝑ. libris sex post distillationem residuum.

Sacchari purissimi ꝑ. libras quinque.

LIQUOREM expressum ad trium librarum mensuram coquendo redige; sepone per noctem, ut fæces subsidant; manè defæcatum effunde, et, adjecto saccharo, coque ad pondus librarum septem cum dimidiâ.

SYRUPUS SCILLITICUS.

- ℞. Aceti scillitici M. sesquilibram,
Cinnamomi,
Zingiberis, singulorum ꝑ. unciam unam,
Sacchari purissimi ꝑ. libras tres cum dimidiâ.

MACERA aromata per triduum in aceto, et liquori colato adde saccharum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS SIMPLEX.

AQUA solvatur saccharum purissimum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS e SPINA
CERVINA.

- ℞. Succu baccarum maturarum et recentium spi-
næ cervinæ congiu unum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Nucis moschatæ, singulorum ꝑ. unciam unam,
Sacchari purissimi ꝑ. libras septem.

SEPONE succum per aliquot dies, ut faces
æparentur; deinde cola, et in aliquâ succi par-
te macera aromata; coque reliquum, sub finem
addens eam partem, in quâ aromata macerata
sunt, priùs colatam, ut totus redigatur ad men-
suram quatuor librarum; denique saccharum
adde, ut fiat syrupus.

SYRUPUS VIOLARUM.

- ℞. Violarum recentium, et bene coloratarum ꝑ.
libras duas,
Aquæ bullientis M. libras quinque.

MA-

MACERA per integrum diem in vase vitreo, vel saltem terreo vitreato; deinde effundatur liquor et coletur per linteum tenue, diligenter evitatâ omni expressione; postea saccharo purissimo fiat syrupus.

SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞. Zingiberis tenuiter concisi ꝑ. uncias quatuor,
Aquæ bullientis M. libras tres.

MACERA per aliquot horas, et cola; deinde addendo saccharum purissimum fiat syrupus.

CONFECTIO ALKERMES.

℞. Succi granorum kermis tepefacti, et colati
ꝑ. libras tres.

Aquæ rosarum Damascenarum M. uncias sex,
Olei cinnamomi ꝑ. scrupulum dimidiam,
Sacchari purissimi ꝑ. libram unam.

SACCHARUM cum aquâ rosarum balnei calore liquefac in syrupum, deinde succum kermes immisce, et, postquam refrixerit, oleum cinnamomi.

MELLA et OXYMEL-
LITA.

MEL ÆGYPTIACUM.

℞. Æruginis minutissimæ tritæ ꝑ. uncias quinque,
Mellis ꝑ. uncias quatuordecim.

F 4

Aceti